UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66268

Visual Library

AD LECTOREM.

Tabellas Chronologicas, Tomo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ decimo tertio ſubnectendas, a viris ſpectatiſſimis id cupientibus monitus & Fratrum meorum obſequio adjutus, eo conſilio concinnavi, tum ut Hiſtoriæ hujus Lectorum commoditati conſulerem, & ne ſi forte, ut ſæpe fit, Rerum narratarum ordo memoria excidiſſet, ad aliorum Scriptorum Tabulas, non nullo temporis diſpendio, converti compellerentur, tum etiam ut luculentius pateret, quam eximio & ſingulari ſtudio Fleurius noſter non Summorum Pontificum modo & Antiſtitum, ſed etiam Imperatorum Regumque ſeriem, in ſuo præſtanti Opere nunquam interrupta oratione recenſuerit. Hunc ergo, Amice Lector, qualemcumque laborem benevolo oculo luſtra & vale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN